



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rigor Moderatus Doctrinæ Pontificiæ Circa Usuras A SS.
D. N. Benedicto XIV. Per Epistolam Encyclicam Episcopis
Italiæ Traditus**

Specimina exhibens Moderationis Pontificiæ, à P. Daniele Concina violatæ

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii, 1749

Specimen I. Moderationis Pontificiæ circa usuras.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63772](#)



DISSE^TRAT^IO II.

*Sapientem MODERATIONEM
Doctrinæ Pontificiæ circa Usuras exhibens.*

CAPUT I.

Specimen I. Moderationis.

§. 1.

POTEST CUM MUTUO CONCURRERE
TITULUS ALIQUID EXIGENDI ULTRA
SORTEM. (*Diss. I. §. 7.*)



§. 2.

Ucrum ultra sortem ratione Mutui
perceptum, omnibus Juribus repugnat.
(*Diss. I. §. 83. seqq.*) Possunt tamen cum Mu-
tuo concurrere aliae quædam causæ, quæ
licitum faciant auctarium ultra sortem.

De Titulis

Has vocamus *Titulos*, in quibus admittendis vel rejiciendis
discrepant Doctores. Aliqui nimia laxitate tot & tam di-
versos ejusmodi Titulos investigant, ut nunquam contrahi
possit Mutuum, quin connexus sit Titulus aliquid perci-
piendi ultra summam capitalem. (*Diss. I. §. 148.*) Alii econ-
tra tanta severitate de his rebus judicant, ut quamlibet uti-
litate ex pecunia desumptam accusent, tanquam illicitam,
& cum Usura coniunctam, (*ibid. §. 19.*)

A

§. 3.

§. 3.

Moderationis sapientissimæ specimen more in omnibus Aliquid aliis negotiis sibi consueto, præbet BENEDICTUS XIV. dum exigendi ejusmodi Titulos, nec omnes admittit, nec omnes rejicit: ultra sortem, sed ad mentem Theologorum à se consultorum afferit, posse quandoque una cum Mutui contractu quosdam alios, ut ajunt, Titulos, eosdémque ipsimet universim naturæ Mutui minimè innatos & intrinsecos, fortè concurrere, ex quibus justa omnino, legitimaque causa consurgat, quidam amplius supra sortem ex Mutuo debitam rite exigendi. (*ibid.* §. 7.)

§. 4.

Statuitur Regula generalis statui potest, eum Titulum, concurrentem cum Mutuo, sufficere ad exigendum emolumenatum ultra sortem, qui in aliis negotiis vel contractibus sufficit ad percipiendum emolumenatum ultra negotii, aut contractus illius obligationem. Cùm enim Mutuans per hoc, quòd mutuaverit, non sit pejoris conditionis, quàm si non mutuasset: (*ibid.* §. 74.) hinc Titulus, qui in aliis negotiis potest per accidens intervenire, & causam sufficientem emolumenti percipiendi præbere, præbebit eandem cum Mutuo concurrens.

PETRUS BALLARINI De Jur. Div. & Natur. circa Usuram lib. 6. c. 2. §. 2. ponit hanc Regulam: *Quicunque Titulus in pecunia mutua justus & estimabilis est; eundem est justum & estimabilem in pecunia, que rapina vel furto sublata est: qui autem in hac nec justus, nec estimabilis est; neque in mutua pecunia justum & estimabilem esse.* Hanc Regulam non prorsus satisfacere, patet ex iis, quæ infra de periculo sortis dicentur. (§. 48. 59.)

§. 5.

Quorundam justi Quod igitur ex ejusmodi Titulo percipitur, nequaquam percipitur ex Mutuo: consequenter nihil committitur contra

tra Jus Naturale & Divinum. Nam beneficium in Mutuo
præstitum, non destruit obligationes aliunde natas.

§. 6.

Rejectis jam alibi (*Diss. I. §. 152. seqq.*) vitiosis quibus- Examina-
dam Titulis, examinandi veniunt quidam alii, de quibus tur.
ad omnem confusionem vitandam, per distinctas Sectio-
nes agemus.

- I. De damno emergente.
- II. De lucro cessante.
- III. De periculo fortis.
- IV. De Jure Pignoris.
- V. De Statuto Principis & Consuetudine.
- VI. De Montibus Pietatis.

SECTIO I.

De Damno Emergente.

§. 7.

PRincipium, in quo plures ejusmodi Tituli fundari possunt, *Indemni-*
præbent Sacri Canones, (a) cùm ratio & usus obtineat, tati sua
neminem, cui non vult, contra utilitatem & rationem cogi de pro-
prio facere beneficium, scilicet extra casus, in quibus Lex Cha-
ritatis ad aliud obligat. Potest igitur quivis in præstando
beneficio consulere suæ indemnitatì; cùm non deceat quen-
quam ex liberalitate sua periclitari. (b)

(a) *C. 4. X. q. 2.*

(b) *L. 50. ff. de Rejud.*

§. 8.

Quando in Mutuo mera indemnitas quæritur, palam *etiam in*
est, non committi usuram propriè dictam, quæ lucrum *ex mutuo li-*
mutuo definitur. (*Diss. I. §. 27.*) sicut enim in omnibus aliis *cet consu-*
nego- lere,

A 2